



St. Lk. 101

W. Kr.

7 A

2

CONGESTIO  
THESIVM IVRIDICARVM  
DE  
PATERIA POTESTATE  
QVAS  
SVB PRAESIDIO  
VIRI ILLVSTRIS  
PATRONI AC PRAECEPTORIS SVI  
SEMPER COLENDI

HENR. CHRIST. SENCKENBERG

I. V. D. S. R. M. CONSIL. P. P. O.  
NEC NON ACAD. SYND.

D. XXVII. MART. A. MDCCXXXVIII. HORA I. P. M.

PUBLICO  
GENEROSSIMORVM ET PRAENOBILISSIMORVM  
OPPONENTIVM  
EXAMINI SVBMITTIT  
COLLEGII DISPVATORII CONSORS  
ABRAHAM MEINERZHAGEN  
COLONIENSIS AD RHENVM.  
AVCTOR.

---

GOTTINGAE  
APVD A. VANDENHOECK, ACADEMIAE TYPOGRAPHVM.

CO<sup>N</sup>GE<sup>S</sup>TI<sup>O</sup>  
THERIA<sup>M</sup> IARIDICARIA<sup>M</sup>  
PA<sup>T</sup>RIA<sup>M</sup> POTESTATE  
GAV<sup>A</sup>  
SVA PRAE<sup>E</sup>ST<sup>I</sup>O  
AET<sup>E</sup> M<sup>E</sup>STRA<sup>E</sup>  
PATRON<sup>E</sup> AC FRAECF<sup>E</sup>TORI<sup>E</sup> SAI<sup>E</sup>  
SEMPER<sup>E</sup> GORIS<sup>E</sup>  
HENR<sup>E</sup>. CHRI<sup>S</sup>T<sup>E</sup>. SENCKENBERG<sup>E</sup>  
AN<sup>E</sup> 18<sup>E</sup> 18<sup>E</sup> M<sup>E</sup> CONCE<sup>E</sup> 18<sup>E</sup> 0<sup>E</sup>  
D<sup>E</sup> N<sup>E</sup> D<sup>E</sup> S<sup>E</sup> C<sup>E</sup> S<sup>E</sup> D<sup>E</sup> S<sup>E</sup> U<sup>E</sup> N<sup>E</sup> D<sup>E</sup>  
D<sup>E</sup> XXVII M<sup>E</sup>RT<sup>E</sup> A<sup>E</sup> MDCCXXVIII HOR<sup>E</sup> I<sup>E</sup> B<sup>E</sup> M<sup>E</sup>  
P<sup>E</sup>ART<sup>E</sup>  
C<sup>E</sup>MP<sup>E</sup>ER<sup>E</sup> CO<sup>N</sup>GR<sup>E</sup>AT<sup>E</sup> M<sup>E</sup>RC<sup>E</sup>AN<sup>E</sup> R<sup>E</sup>SP<sup>E</sup>ON<sup>E</sup>  
OP<sup>E</sup>ORT<sup>E</sup> INT<sup>E</sup>IT<sup>E</sup>  
EXAMIN<sup>E</sup> S<sup>E</sup>MIN<sup>E</sup>TT<sup>E</sup>  
COR<sup>E</sup>CT<sup>E</sup> D<sup>E</sup>MON<sup>E</sup>ST<sup>E</sup> CO<sup>N</sup>SE<sup>E</sup>  
VR<sup>E</sup>R<sup>E</sup>AH<sup>E</sup> M<sup>E</sup>H<sup>E</sup>IN<sup>E</sup>R<sup>E</sup> SH<sup>E</sup>GC<sup>E</sup>EN<sup>E</sup>  
COL<sup>E</sup>OM<sup>E</sup>IN<sup>E</sup> AD<sup>E</sup> RE<sup>E</sup>NU<sup>E</sup>  
ACT<sup>E</sup>OR<sup>E</sup>

COT<sup>E</sup>LL<sup>E</sup>NG<sup>E</sup>AT<sup>E</sup>  
C<sup>E</sup>LE<sup>E</sup>BR<sup>E</sup>ATION<sup>E</sup> CO<sup>N</sup>GR<sup>E</sup>AT<sup>E</sup> M<sup>E</sup>RC<sup>E</sup>AN<sup>E</sup> R<sup>E</sup>SP<sup>E</sup>ON<sup>E</sup>

PARENTI SVO  
OPTIMO.

TENERRIMO.

PATRIAEC. POTESTATIS. RITE. EXERCITAE.

INSIGNI. EXEMPLIO.

VITAE. ET. STVDIORVM. SVORVM. MODERATORI.

SVAVISSIMO.

HAS.

DE. PATRIA. POTESTATE. THESES.

LABORVM. PRIMITIAS.

PIA.

MEN TE.

D. D. D.

ET. PRO. MAGNIS. IN. SE. MERITIS. GRATIAS. AGIT.

FILIVS. OBSERVANTISSIMVS.

NATV. SECUNDVS.

PARENTI SAVO.

OPTIMO

TINERRIMO

PATRIAE TOTESTATE RITE RECERCIATE

INCENDI EXEMPRO

YITAE ET STUDIOVAM SAVORAM MODERATORI

SAVASSIMO

HAB

DE PATRIAE TOTESTATE THESEIS

LACRIMAE PRIMITIVAS

MUR

MENSIE

D D D

AT PRO MAGNIS IN SE MERITIS GESTAIS AGIT

LITERA ORBEMANTISSIMA

INDIA 220/INDIA

( 5 )

## TIT. IX.

### DE PATRIA POTESTATE.

#### §. I.

Patria potestas simpliciter & in genere spectata, est *Juris Naturalis*; quatenus vero in specie & definite secundum Leges & mores Romanorum consideratur, recte *Juris Civilis* esse dicitur.

Conf. GROT. de Jure B. & Pac. Lib. I. cap. 1. §. 5. HOBBES. de cive cap. 9. Leviath. c. 20. HVBER. Praelect. h. t. §. 1. VINN. Comm. in Inst. h. t. §. 2. & PVFENDORF. de Jure Nat. & Gent. Lib. VI. cap. 2. §. 2. nec non de Officio Homin. & Civ. Lib. II. cap. 3. §. 2. cuius haec sunt verba: *Natura cum tenerrimum affectionem parentibus in prolem implantavit, eo ipso parentibus curam liberorum injunxit, ut autem curam istam exercere possent, requirebatur potestas aliqua dirigendi liberorum actiones ad ipsorum salutem, quam ipsis propter judicii defectum nondum intelligunt.* Id quod latius exponit THOMAS. Jurispr. Div. Lib. III. cap. 4. §. 44. & in fundament. Jur. Nat. Lib. III. cap. 4. §. 4.

#### §. II.

*Patria potestas*, quatenus est *Juris Naturalis*, definiente PVFENDORFFIO, (a) definiri potest, quod sit: *Genus Imperii, quo parentum iussa venerari, eorumque prae se eminentiam, agnoscere liberi tenentur.*

(a) De officio hominis & civ. I. c. §. 1.

#### §. III.

*Patria potestas*, quatenus est *juris civilis*, nihil aliud est, quam: *Dominium Quiritarium, quod patri in liberos competit.*

A 3

Vid.

Vid. HEIN. Elem. Jur. Civ. secund. Ord. Inst. §. 136. Liberis surreptis, actio furti instituebatur. L. 14. §. 13. L. 38. pr. ff. de furtis. Itidem liberi directa rei vindicatione ex Jure Quiritium poterant peti. L. 1. §. 2. ff. de R. V. Adde ill. VAN BYNCKERSHOEK de jure occidendi liberos C. 1.

## §. IV.

Recte ergo Imperator §. 2. Inst. b. t. dicit; *Nulos dari alios homines, qui talem in liberos potestatem habebant, qualem Civis Romani habebant.*

Patria potestas erat Dominium Quiritarium. (§. 3.) Dominium autem Quiritarium a solis Civibus Romanis acquirebatur modis civilibus. HEIN. 1. c. §. 336. Ergo omnes peregrini semovebantur, & foli Civis Romani hac patria potestate gaudebant. L. 3. ff. de bis qui sui vel alien. PLIN. Epit. L. X. Ep. 6. Gracci autem & alii, legibus suis ab antiquo relicti, in civitatibus suis, ab hoc jure non usque quaque vindicentur excludendi, etiam ante Constitutionem ANTONINI CARACALLAE notissimam. Praesertim cum primas lineas hujus potestatis, Romani a Graecis acceperint. Vid. AELIAN. Var. Hist. L. 1. c. 28. OVID. Metam. L. VIII. fab. 76. PLIN. Ep. L. VIII. Ep. XXIV. n. 4. &c.

## §. V.

Etsi VLPIANVS L. 8. ff. de bis qui sui vel alien. Patriam potestatem moribus esse receptam dicit, inde tamen non sequitur, Romulum juris patriae potestatis non esse auctorem,

Romulus etiam moribus illud introducere potuit. Deinde Vlpianus respicit ad XII. Tabulas, vbi Jus illud tanquam mos vetus erat receptum, si quidem tunc temporis Romani a regio nomine abhorrebant, nec quicquam a Regibus accepisse videri volebant. L. 2. §. 3. ff. de O. I. SIGON. de jure antiquo Ciu. Roman. L. 1. Cap. 10.

## §. VI.

Non credo sententiam eorum esse amplectendam, qui putant,

putant, Patres jus vitae & necis in liberos actu non habuif-  
se, sed patribus tantum comminationem mortis conce-  
dunt. (a) Nec jus illud vitae & necis civile, adeo injustum  
fuit, ut ideo Romanos tyrannidis accusare liceat (b).

(a) Exempla passim obvia aliud ostendunt, & Pater hinc vocatur  
Iudex Domesticus, Domesticus Magistratus, Familiae Princeps. Hinc  
Patria Potestas, Patria vel Paterna Majestas audit.

(b) THOMAS, Not. ad Inst. Just. h. t. p.m. 33.

### §. VII.

Nec horum sententia approbanda est, qui credunt, Legem  
XII. Tabul. de Venditione Liberorum, non de vera paterna  
venditione, sed saltem de imaginaria illa venditione libero-  
rum, quae in manumissione observabatur, intelligendam  
esse.

(1) Aut dissentientes affirman, Patres nunquam habuisse Jus filios  
proprie vendendi; aut Patres Jus illud habuisse ante LL. XII. Tab.  
& iis illud sublatum contendunt. Si prius dicant, quomodo tunc  
Numa de eo jure scribere, illudque refringere potuit? Jam vero ad-  
huc habere hanc potestatem ante XII. Tab., vel hinc etiam fatis constat,  
quia imaginaria venditio, tanquam imago erat venditionis propriæ,  
nec, nisi hac posita, mente fingi potuisset; vnde haud dubie vera  
jam tum nota esse debuit, cum imaginaria introduceretur. Si poste-  
rius adstruant, nulla adest ratio, cur non etiam in LL. XII. Tab.  
Potestas vendendi liberos, in sensu proprio accipi debeat.

(2) Si quod plus est licet, facile licebit quod minus est, licebat autem  
XII. tabb. liberos occidere, (§. 6.) quare ergo non proprie vendere? Redi-  
gebantur vero tum non in proprie ita dictam seruitutem, sed in fer-  
vitute tantum morabantur. THOMAS. Diff. de usu pract. Doctr. de  
Patria Potestate. §. 32. 33. DATT. in eleganti libello de vendit. Li-  
berorum. Ulmae 1700. 8. impressio.

### §. VIII.

A Dominio illo Quiritario, (§. 3.) pendent omnes reli-  
qui insignes patriæ potestatis Romanae effectus,

Hi usque ad nouissima rerum Romanarum tempora durarunt; licet ipsum Dominium quiritarium, per sequiores Constitutiones, effet fere eversum. In primis etiam inde deriuanda fictio illa unitatis inter patrem & filium, in causis priuatis, patrem filiuinve inter se concernentibus.

### §. IX.

Patria potestas Juris Romani & Germanici admodum differunt.

Tum quoad subjectum, tum quoad objectum. Quoad prius, excent eam e. g. simul pater & mater, utpote omnis vitae socii; Quoad posterius, cellant omnes Dominii quiritarii effectus, & redditum eit ad simplicitatem Juris Naturae. ( §. 1. seqq.) Hinc fere omne vetus Politeuma hodie mutatum. Neque enim hic obtinere potuerunt mores Romani aduersus Jus patrium, nisi statuta hinc inde aliud disposuerunt.

### §. X.

Patria Potestas Jure Civili aut ab *occupatione* est, aut a *traditione*.

*b. & seq. tit. Inst. de R. D.* Sub occupatione etiam venit agnatio, accessionis species. Tunc enim res mea pro me occupat, & quia femel rei meae pars fuit, etiam meus manet partus, licet separatus. Vnde non potest non, jus in liberos ex legitima nativitate, ad occupationem referri. Ad traditionem autem pertinent, Legitimatio, de qua tit. seq. & Adoptio de qua Tit. XI. agetur.

### §. XI.

Legitime nascuntur liberi, qui ex iustis procreantur nuptiis, indeque statim *per agnationem* sub patria potestate rediguntur, qui adeo primus est acquirendi modus.

*b. & seq. tit. qua in re nos referimus ad dicta in Diff. de Nuptiis, Gener. Commilit. Dn. BOETTICHERI diligentiae debita.*

DE-

## DECERPTA, E TIT. X.

## DE NVPTIIS.

## §. XII.

Alter modus constitueri patriam potestatem, est *Legitimationis*, quae Juris Romani sensu est: *Actus, quo liberi naturales fiant legitimati.*

## IX. TIT.

Naturales dixi, quia hoc beneficium non ad omnes in universum spuriros, sed ad natos e concubinis pertinebat. HVBER. Praelect. ad Inst. h. t. §. 18.

## §. XIII.

*Fit per subsequens matrimonium, dationem curiae, Rescriptum Principis & alios modos.*

a COSTA b. tit.

## §. XIV.

Quamvis Imperator in §. ult. l. b. t. & fere ubique, ubi de legitimatione per subsequens matrimonium loquitur, *Dotalium Instrumentorum* mentionem faciat, tamen ad essentiam hujus legitimationis, dotalia instrumenta non requiruntur.

Consentaneum enim est, vitium ex defectu conjugii ortum, vi solius conjugii tolli. Atqui vitium, quod naturalibus liberis inheret, ex defectu solius conjugii oritur, ergo etiam ope solius conjugii tollitur. Adeoque nihil plus ad hanc legitimationem, quam ad verum matrimonium requiritur, quod sine dotalibus instrumentis contrahi potest. L. 4. in fin ff. de Pign. L. 13. C. de Nupt. HOPP. ad tit. de Nupt. §. ult. HVBER Prael. ad Inst. h. t. §. 19. Differit ergo Imperator de eo, quod moribus aevi sui ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidebat, nec pro solennitate hic aliquid ponit.

## §. XV.

## DE CETERIS EQUITIBUS TIT. X. §. XV.

*Hodie liberi legitimi sunt, per subsequens matrimonium, Rescriptum principis, ac dignitatem. Imo omnis vetus legitimatis ratio periret, cum indistincte potentibus concedatur, Juris Romani solemnis plane non adhibitis.*

conf. MATHAEI Inst. h. t.

## TIT. XI.

## DE ADOPTIONIBVS.

## §. XVI.

*Adoptio, quae Romanis tertia causa patriae potestatis habetur, est: Adoptio solennis, qua in locum filii vel nepotis adscriptebatur is, qui natura talis non erat.*

In solarium eorum, qui liberos non habent, praecipue inuenta est, uti id tam apud Graecos quam Romanos obtinuit. pr. §. 4. 10. Inst. h. t.

THEOPH. Paraphr. princ. h. t. PLIN. Epist. IV. 15. Vopisc. Aurelian. ISOCRATES Aegeinat. in fine. CICERO pro domo sua c. 34. seq. ubi haec eleganter perorant. Dn. PRAES. de moribus Graecorum in Diff. de success. filiae ultimae gentis. §. 27. A Graecis vero adoptionis ritus Romanis tracti sunt.

## §. XVII.

Origo adoptionis antiquissima, & sine dubio Juri Gentium voluntario adscribenda est.

Patet hoc ex PAVSAN. Boeot. p. m. 694. ubi ante bellum Trojanum

jam adoptio facta. FLEVRY Sitten der Israeliten p. 23. Exod. 2. v. 10.

Exod. 2. v. 21. ubi Moses a filia Pharaonis adoptatus traditur. Add.

VINN. Comim. in l. pr. h. t. 3. 11. Inst. h. t. 33. 22.

## §. XVIII.

Principuae rationes liberorum adoptandorum apud Romanos

manos sine dubio hae fuerunt; ne sacra gentilitia interirent,  
(a) & ut familiarum mortalitati quasi consuleretur. (b)

(a) Summam Romanos sacrorum suorum habuisse curam, vel omnibus notum est; ideo omnia agebant, ne illa interirent. HEIN. Antiqu. Rom. h. t. §. 1.

(b) In solarium eorum qui liberos non habebant, fuit inventa adoptio. (§. 16.) Saepissime quoque alios adoptabant, ut poenas evitarent, quas orbi dare debebant, vel etiam commodorum conseqüendum causa. Verum quam fraudulenter hac in re egerint Romani, ita, ut lege, ad prohibendum adoptiones in fraudem factas, opus esset, tradit TACITVS in Annal. 15. 19. Adhibe CICERONEM pro domo c. 32.

### §. XIX.

Adoptionis nomen generale est, quod in duas species dispungitur, quarum altera est, Adoptio in specie sic dicta, altera Arrogatio. Arrogatio, est auctus, quo homo sui juris, in patriam alterius potestatem redigitur.

§. I. Inß. L. I. §. 1. L. 2. pr. ff. b. s.

### §. XX.

Arrogatio fiebat olim, adhibitis Pontificibus, apud Populum, postea Juribus Populi in Imperatorem translatis, apud Imperatorem.

Vid. Dn. PRAES. Progr. his disputationibus praemissum. §. VII.  
TACIT. Hist. 1. 15. 1. DIO CASS. L. XLV. p. 273. APPIAN, de bello civili L. III. c. 586. GELL. Noct. Att. V. 19. CICERO pro domo sua c. 77. Imperator ergo & Populus hic unum idemque sunt, nec est cur CAJI & VLPIANI sententiarum conciliatio torqueat magnum JCTUM RAEWARDVM de auctor. Prudent. C. VI. p. 975. seqq. ubi multus est hac in re. Idem omnino habebatur, si per Testamentum procederet, & postea a Populo confirmaretur. Lege Curiali. APPIAN. I. c. Poterant vero Testamento arrogati homines sui juris, hac ceremonia supersedere, & Praetorem tantum, ut alias in adoptione, adire, quo casu tamen, non tanta habebant jura. IDEM c. 534.

B 2

§. XXI.

## §. XXI.

Poterant arrogari puberes consentientes, ac impuberis, sed exactissima causae cognitio, arrogationem impuberis antecedere debebat. Inde vero & ex rigidis illis conditionibus, quibus illa arrogatio circumscripta erat, nunquam, post has Leges, magnum usum habuisse hanc doctrinam de arrogationibus impuberum, colligere licet.

Inquirendum erat in facultates arrogatoris L. 17. §. 2. ff. b. t. nemno vero paululum ambitionis totum statum suum domesticum, omniaque sua bona, ita facile publici juris facit. Nec divites, ob varias rationes; nec illi, quibus est curta suppellex, ne autoritas illorum minatur, & creditores forte credita repeatant. Respiciendum porro erat ad mores arrogatoris, cuius scil. vitae sit arrogator, l. c. anne impuberem aroget libidinis & criminis committendi gratia. vid. Illustr. BOEHM. Comm. in I. ad §. 3. h. t. not. n. vel ut THEOPHIL. in paraphr. §. 3. id effert, an non ob turpem amorem, is qui pater futurus est, arrogationem velit fieri. Sed quis est aut unquam fuit, qui tali judicio se subjicere amet? Quis an etiam paedactus reus sit, examinari permittat? Excel. HYBER. Praef. ad I. h. t. §. 5. Insuper Cautionem personae publicae, in §. 3. l. b. t. recentiam, praestare debebat arrogator, imo si decadens impuberem exhaeredasset, vel viuus fine justa causa emancipasset, jubebatur quartam partem bonorum suorum impuberi relinquere. §. 3. cit. add. THOMAS. not. ad I. h. t. p. m. 50.

## §. XXII.

*Quarta Diui Pii, de qua Imperator in §. 3. l. h. t. est  
Quarta omnium bonorum, & non quarta, ejus portionis,  
quae alias ab intestato debetur.*

Ubique in Legibus quartae bonorum generaliter mentio fit, & nullibi quartae ejus portionis, quae ab intestato debita. Porro in §. 3. Inff. & L. 2. C. h. t. haec quarta expresse quartae bonorum vocatur. In L. vth ff. si quid in fraud. patron. PAULVS dicit, ut ex bonis, quae mortis tempore adoptantis fuerint, pars quarta ad adoptatum pertineat; quod dicere non potuisset, si haec quarta de legitima esset intelligenda, vid. L. 22. §. 1. ff. h. t. L. 1. §. 21. ff. de Coll. bonor. Etiam haec quarta D. Pii, non petebatur querela inofficiosi, sed actione familiae erici-

erciscundae. L. 8. §. 15. ff. de inoffic. test. L. 2. §. 1. Fam. Erc. Hoc autem lubentissime concedo, hanc quaestione non ita saepius incidere potuisse, cum plerumque iis, qui liberos jam habebant, aut habere possent, non facile permitteretur adoptio. (§. 16.) Attamen quiuissem eos, quibus liberi jam erant, et si eis hoc difficulter concessum fuerit, alios atrogare, ipse alias dissentientis Beat. HVNERVS in Prael. ad Inst. h. t. §. 6. non negat. vid. & HEINECC. not. ap. VINN. h. t. §. 3. in f. ejusd. Elem. J. C. sec. ord. Inst. h. t. §. 181. in not. Id quidem ita antiquiore tempore; aequum vero esse, si hodie casus accidat, ut legitimis liberis meliores non sint, lubens largior.

### §. XXIII.

Adoptio in specie sic dicta (§. 19.) est: *Aetus, quo liberos, qui in parentium potestate sunt, quodammodo in nostram potestatem redigimus.*

§. 1. I. L. 2. pr. ff. L. ult. C. b. t. idque vel ut liberos, vel ut ne-  
potes, quod arrogatione cum nostra specie commune est. RAEVARD.  
l. c. p. 982. seq. quem consultum volo. Vbi simul constabit, foemi-  
nas ad ultimum etiam arrogari potuisse, quibus ab initio hoc nega-  
batur. Ratio in promtu est.

### §. XXIV.

Non est adoptio, si quis aliquem, ut filium suum edu-  
caverit, vel pro filio suo habuerit, nisi publica accedat  
auctoritas; quia priuata voluntas non sufficit ad ado-  
ptionem.

Adoptio in genere considerata, est actio solennis, (§. 16.) quae au-  
toritate Summi Imperantis, vel Imperio Magistratus fieri debet. RAE-  
VARD. l. c. Requirebatur autem magistratus, apud quem esset Legis  
actio, auctoritas. L. 1. de offic. Jurid. L. 3. de offic. Procons. VLPIAN.  
fragm. tit. 8. vbi SCHVLTING.

### §. XXV.

Adoptio in specie sic dicta (§. 23.) iterum vel est, Plena  
seu perfecta, vel minus plena seu imperfecta.

§. 2. Inst. h. t.

B 3

§. XXVI.

## §. XXVI.

**Adoptio minus plena**, vix adoptionis nomen meretur, sicut etiam foemina tantum improprie adoptare dicitur in  
§. 10. J. b. t.

Adoptio est modus constituendi patriam potestatem, (§. 16.) verum adoptio minus plena, non erat modus constituendi patriam potestatem, ergo vix adoptionis nomen meretur, siquidem nihil ad patrem adoptivum transferebat, nec adoptatus in potestate patris adoptivi erat, §. 2. J. b. t. Idem dicendum est, de adoptione per testamentum, & de foemina adoptante, quantum ad potestatem pertinet. Testamentum non nisi post mortem valet, ridiculum hinc est dicere, testatorem habere potestatem, cum mortuus erit. Foemina quoque nullum poterat habere in sua potestate, nec iure patriae potestatis gaudebat, quare & improprie dicitur, foeminam adoptare posse, quia haec adoptio, Jus patriae potestatis non operatur. HEINEC. J. h. t. §. 179. in not. eiusd. Ant. Rom. §. 18. h. t. HVBER. ad J. h. t. §. 1. BOEHMER ad J. h. t. §. 2. & 10.

## §. XXVII.

**Adoptati per arrogationem**, vel adoptionem plenam, non nunquam *nomen plane amittebant*, & non nisi patrio utebantur, non nunquam veteri novum super addebant.

Prius praecipue usuvenisse videtur, hoc modo per testamentum arrogatis aut adoptatis. DIO CASS. p. m. 324. L. XLVI. SVETON. in OCTAV. c. 7. APPIAN. de bell. ciu. C. 586. qui vero nomen mutabat in potestatem alterius transibat, vid. SERVIVS ad VIRG. Aen. XII. v. 823. vbi

*Ne vetus indigenas, nomen mutare Latinos  
Neu Troas fieri jubeas.*

## §. XXVIII.

**Adoptio ac arrogatio** fiebant *multis ac variis modis*, quin ad ultimum, cum etiam Barbari adoptarentur, & hic peculiares habebantur solennitates.

An-

Antiquitus per imaginarias emtiones & venditiones familiae id procedebat. Per testamentum etiam id ipsum fere celebrabatur. **ISOCRAT.** Aegin. per tot. in primis p. 937. **APPIAN.** & **DIO CASS.** ll. cit. Modus adoptandi per baptismum, Christianis olim frequentissimus, unde haud dubie cognatio spiritualis tracta. **ALEMAN.** ad Procopii Hist. Arcan. ab init. Abrogatus hic mos est, per **NOV.** **LEONIS** 24. Postmodum inualuere modi per armorum traditionem, barbae tactum, barbae & capillorum praefcisionem, Camiae indumentum, & osculum. **ALTESERRA** ad Gregor. Turon. L. V. c. 38. p. 169. seq. Per sagittas adoptabantur praecipue Barbari, quae adoptio non dabat successionem. **PROCOPI.** Perfic. L. I. C. II.

### §. XXIX.

Vtramque de Jure Romano tribuere nobilitatem, vix est, quod dubites.

Arrogatione & adoptione scil. perfecta, adoptatus transfibat in adoptantis familiam, sacra, omniaque familiae jura consequbebatur, L. 10. §. 5. C. b. t. L. II. §. 2. ff. de Bon. *Poss. secund. tabul.* inter quae & jus imaginum suisle, symbolum illud nobilitatis, liquet ex **TACIT.** Analog. L. 3. C. fin. & L. 5. C. I. Quo enim plures & vetustiores poterant in familia imagines ostendi, tanto major erat nobilitas, & **OVID.** Faft. 4. v. 21. de Adoptione Augusti ita canit:

*Hic ad Te Magna descendit origine mensis  
Et fit Adoptiva nobilitate tuus.*

Accedit, quod per adoptionem dignitas augeatur. L. 35. L. 13. ff. b. t. Et senatoriae dignitatis fiat consors, qui adoptatus a senatore, L. 5. 6. 10. ff. de Senat. Senatoria autem dignitas, erat fons majoris nobilitatis Romanae. Vid. **HVBER.** ad J. §. 13. & ad ff. §. 2. h. t. **COCCEII** Jus Contr. h. t. Qu. 3. **HOPP.** ad §. 8. h. t. & ideo olim debebant eisdem conditionis homines adoptari, quo imagines eo facilius transirent. **ISOCRAT.** in Aeginet. p. 125. **CICERO** pro domo C. 134. quod postea migratum.

### §. XXX.

In locum fratris neminem possum adoptare, (a) fratrem autem in locum filii adoptare licebit, dummodo adoptans plena pubertate alterum praecedat. (b)

(a) L. 7. C. de hered. instit.

(b) Nullibi hoc prohibitum est. Adoptio tamen minus plena erit, quia

qua non sit inter ascendentes & descendentes. §. 2. *J. b. t.* Plena vero pubertate eum qui adoptat, alterum praecedere, vetustissimis consenteaneum est moribus. CICERO pro Domo C. 35. seq. HERODIAN. Hist. V. 7. 7. ubi Elagabalus false ridetur.

### §. XXXI.

**Privilegium, per quod foeminis adoptare permisum, non de Virginibus intelligendum est.**

Quia in solarium liberorum amissorum foeminis hoc est concessum. §. 10. *Inß. L. 5. C. b. t.* non hic loquor de NOVELL. LEON. 27. quae & Virginibus adoptare permisit, nec de nostris moribus.

### §. XXXII.

An in adoptionis locum *Unio prolium* apud Germanos surrogata sit, jure ambigitur.

*Unio prolium* est pactum, inter conjuges initum, quo liberi ex diversis matrimonii nati, ratione successionis a parentibus exaequantur, ut tanquam ex uno matrimonio nati habeantur; est ergo tantum patrum successorium, nec proprius modus constitueri patriam potestatem, non enim patria potestas Conventione privata acquiritur, sed modis iure receptis. (§. 24) Quod si statutum, unionem prolium confirmans, patriam potestatem comprehendat, eandem quoque illa Unione acquire, dicit STRYK. Us. Mod. ff. h. t. §. 15. conf. HEINECC. Inst. h. t. §. 188. Ejusdem Elem. Jur. Germ. Lib. 1. Tit. 7. §. 161. HYBER. Prael. ad ff. h. t. §. 3. SVMMERM. Praxis Pandect. p. 195. & 529.

### §. XXXIII.

**Adoptiones, quamvis hodie paullo rariores sint, & longe aliquos effectus ac apud Romanos producant, non plane tamen sunt abolitae.**

Id quod testatur STRYCK. l. c. it. Tit. de Capit. minut. §. 6. Idem HYBER. in Prael. ad Inst. h. t. §. 14. de Frisia sua dicit. Adhibet CHRISTYN. Jurispr. Heroica P. 1. p. 130. SVMMERM. l. c. p. 189. 195. FELTM. ad Inst. h. t.

### §. XXXIV.

**Qua de re vel ideo dubitari nequit, quia Germani, ab omni**

omni aeuo adoptiones neverunt, quibus tamen potius protectio & communio bonorum, cum successionis commodo conjuncta dabatur, quam patria potestas.

Conf. AVENTIN. IV. 19. 27. VI. 5. 23. LEX RIPVARIORVM C. XLVIII. SCHILTER. Instit. Jur. publ. p. 113. seqq. ANNAL. SAXO ad an. 948. Quin Archiepiscopus Moguntinus, quod mirere, Ducem Brunsvicensem adoptat, a. 1239. Helmst. Neuenst. P. 2. p. 235. Erat itidem adoptionis species, quando quis de una in aliam gentem apud Majores nostros transiret. LEX SALICA. Tit. LXIII. Celeberrima quoque est arrogatio Friderici Vitorioſi, ubi Philippum Electorem Palatinum arrogavit, quam confirmavit Pontifex Nicolaus V. 1452. Multum etiam haec differt ab arrogatione Romana, ut adeo potius paclum succedendo contineat.

## T I T. XII.

### QVIBVS MODIS PATRIA POTESTAS SOLVITVR.

#### §. XXXV.

Antiquissimis temporibus, Patria potestas regulariter perpetua erat, per omnem Patris vitam durabat, & mors ac voluntas patris, unici modi solvendi patriam potestatem, fuerunt.

DIONYS. HALICARN. L. 2. C. 27. & 28.

#### §. XXXVI.

Sed successu temporis Ratio status monarchici non ferebat, hunc liberae reipublicae rigorem diutius observari; (a) sed Principes dictis (§. 35.) modis solvendi patriam potestatem, dignitates quasdem adjecerunt.

(a) Hinc Imperator §. 4. inst. b. t. *Quis patiatur patrem quidem posse per emancipationis modum potestatis suae nexibus filium liberare: imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, ad aliena eximere potestate.*

### §. XXXVII.

Ut Iure Romano morte civili sive deportatione patria potestas tollebatur, ita hodie banno imperii eam tolli, communis est DD. sententia.

LAVTERBACH. Compend. Digest. tit. de Adopt. & Emancip. STRVV. in Jurispr. Rom. Germ. for. Lib. 1. tit. 14. §. 4. & alii. Nec id ullum habet dubium.

### §. XXXVIII.

Relegati & liberos in potestate retinent (a), & ob solam relegationem infamiam non incurunt, si scil. relegatio non ob causam famosam facta sit (b).

(a) §. 2. Inst. b. t.

(b) vid. L. 22. ff. de his qui notant. infam.

### §. XXXIX.

Servitutem poenae, quae etiam modus erat solvendi patriam potestatem, ex fictione quadam natam esse, verisimile est; cum enim non licaret antiquitus Civem Romanum capitali supplicio plectere, Romani Civem, morte dignum, non civem esse fingebant, servumque poenae nominabant, ne vitam ille tanquam Civis, sed tanquam servus amitteret; Inde etiam confiscatio bonorum & multa alia in capitibus damnatis, quae liberis non conveniebant.

Ger. Noon. probab. 3, 12. p. 86.

### §. XL.

( 19 )

§. XL.

Jure novo omnis servitus poenae est sublata; interim, quia nec jure novo civitatis jura capitum damnati retinent, ex hac causa eos quoque Patriam potestatem amississe, dicendum videtur.

Patria potestas cum sit Dominium Quiritarium, (§. 3.) nemo nisi civis illa gaudere potest; Capitis autem damnatis nullibi civitatem redditam esse legitur: neque in *Nov. 22. Cap. 8.* neque in *Nov. 134. Cap. ult.*

§. XLI.

De moribus tamen nostris, haec omnia cessant, & nemica quidem eorum superest.

Docet hoc usus fori, & vel in vulgatissimis autoribus id legi potest.

§. XLII.

Capto Patre, jus patriae potestatis non tam in suspensu erat, ut dicit Tribonianus §. 5. *Inst. b. 1.*, quam plane extinguiebatur, & jure postliminii demum recuperabatur.

In Captivitatem detraffi maximam patiuntur capitum deminutionem, servi hostium sunt, & civiliter moriuntur. *L. 63. §. fin. ff. pro Socio*, ergo necessario & patria potestas perimitur. Dein nisi extingueretur patria potestas, quid opus fuisset fictione patrem nunquam absuisse? & liberos semper in potestate patris mansisse? quid opus fuisset assertione, liberos in potestate patris redire, nisi ea captivitate patris exciderent? quomodo tandem pater potest jura recipere, si ea nunquam amisit? adde *L. 21. ff. ad L. Iul. de adult.*

§. XLIII.

Fictiones Iuris minime sunt mendacia.

GVLNL. Discours über das Natur- und Völker-Recht, cap. 15. §. 17. Ill. REINHARTH Progr. de fictionibus Juris, ab init.

C 2

§. XLIV.

## §. XLIV.

Non assentio illis, qui credunt, Legem Corneliam hic aliquid finxisse, sed potius nullam in Lege Cornelia fictionem accidere puto.

Liberi capto patre sui juris erant, (§. 42.) huncque statum, donec retractaretur, continuabant, sed id patre apud hostes moriente fieri non posse, nemo non videt; quod ergo a primo captivitatis momento geserunt valet, nuptias ergo contrahunt, sibi acquirunt, & quae alia. Unde hic non est fictio, quod pater eo momento quo captus fuit mortuus sit, sed lex Cornelia ea, quae ex principiis juris per necessariam consequentiam sequebantur, tantum declaravit & confirmavit. Non obstat L. 18. f. de Capt. & poßlim. ibi enim est comparatio mortis civilis, cum morte naturali, non fictio. HVBER. digrefl. Part. 2. lib. I. Cap. 20. p. m. 493. Mortuus certe jam erat civitati, quam primum servus fieret hostium, ergo etiam non amplius ut vivus considerari poterat.

## §. XLV.

*Emancipatio, est: actus, quo liberi a manu patris apud competentem judicem dimittuntur.*

RAEVARD. de autorit. prudent. c. VII.

## §. XLVI.

*Emancipatio requirit competentiam judicis, non respectu personae, sed respectu jurisdictionis.*

## §. XLVII.

*Emancipatio fit etiam ex Legis dispositione, & omnibus iis in casibus tacite aut presumtive celebratur, ubi exceptio Status rei mutati efficit, ut potestas illa cum conditione filii, non amplius subsistere queat.*

De Jure novo Iustin. & hodierno loquimur, antiquitus enim non nisi  
ii modi P. P. solvebant, quibus Dominum quiritarium peribat. Ill. HEI-  
NECC. ad Inst. §. 190. fqq. WISSENBACH Disp. ad Inst. VI. §. 40.  
seq. Hodie vero, ubi statuta non sunt aut consuetudines, quaestio est  
judicium arbitraria.

### §. XLVIII.

Saevitia patris (*a*) & relictum legatum, vel numi, acce-  
pti ea conditione, ut filius emancipetur (*b*), proprie non  
sunt causae, quae patrem emancipare cogunt.

(*a*) in L. fin. ff. si quis a pat. manum. memoratur poena extraordina-  
ria, vel privilegium, quod ad exemplum non trahitur.

(*b*) L. 92. ff. de Cond. & demonstr. L. 1. §. 3. ff. si quis a par. manum.  
qui legatum vel pecuniam ea conditione accipit, ut emancipet, ille e-  
mancipare non cogitur, sed proprio suo facto, ulti fe ad id obligat. Po-  
tuisse enim legatum, numos, vel pecuniam repudiare & non accipere.

### §. XLIX.

Tacens habetur pro consentiente, quoties contradicen-  
do actum impedire potuit & debuit.

Nisi debuit contradicere, minime consentire, sed salvo suo jure ta-  
cuisse videtur. arg. L. 8. §. 15. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv. Excipio,  
fiactus qui geritur, in tacentis commodum tendat. L. 18. ff. Mandat.  
Adde CONCENAT. quaest. Jur. L. IV. c. 19. ubi haec eleganter trutinat.

### §. L.

Si Patriciis, de quibus in §. 4. Inst. b. 1., hodie quos-  
dam comparare licet, in Imperio Romano-Germanico de  
Confiliariis Imperatoris, vel Statuum Imperii, utpote qui  
Imperatores sunt in suis terris, hoc dicendum erit. In Bel-  
gio praecipue Legati ad collegia ordinum generalium, illis  
comparari possunt.

STRYK. Us. mod. tit. de adopt. §. 24. HÜBER. prael. ad Inst. b. t.  
§. 4. MATTH. ad Inst. p. 386. fqq. late.

C 3

§. LI.

## §. LI.

**Doctoralis Dignitas non liberat a patria potestate.**

Nullibi expressum est Doctoralem Dignitatem a patria potestate liberae, insuper in *L. ult. C. de decurion.* ubi specificae dignitates enumerantur, omisso Doctorali dignitate, in fine dicitur: *alii autem modis, quam his, quos sigillatim enumeravimus, liberationem cuidam competere, nullo patimur modo; in L. 3. C. de castri pecul. ne armatam quidam militiam a patria potestate liberare effertur: nec contraria mihi L. 6. C. de Professor & Medic.*

## §. LII.

Communi fere consuetudine mos apud nos invaluit, ut per separatam oeconomiam, & contractum matrimonium, quinimo quamvis propriam, qua vivunt quadram, licet adhuc in aedibus parentum morentur, & conjugati non sint, liberi e patria potestate exeant, parentibus etiam invitis.

HOPP. Comment. h. t. ad §. 6. COCEJI Jus Controvers. Tit. de adopt. & emancip. Qu. XII. HEINECC. Inst. h. t. §. 199 & IDEM in Elem. Jur. Germ. Tom. I. §. 162. seqq. Omnis certe potestas Germanorum in eo collocatur, num pane alterius vivas necne? Quamprimum ergo haec ratio cessat, cessabit etiam potestas. Plerumque vero tum separata Oeconomia, aut vere aut ficte instituitur.

## §. LIII.

**Liberi separati Juris Germanici, non longe distant ab antiquissimo emancipatorum Juris Romani politeumate.**

MEY. ad Jus Lubec. Part. 2. tit. 2. art. 33.

## §. LIV.

Quanquam vero in plurimis diversi sunt mores hodierni ab antiquis, si tamen quis solenni ritu liberos emancipare velit, nemo id improbabit.

Non

Non major tamen huic expressae emancipationi effectus erit, atque tacitae Germanorum, cum ratio effectuum emancipationis Romanæ, apud nos deficiat. Emancipatio vero non nunquam Germanos expresse, dubio caret, & docuit id iam HOPPIVS ad Inst. §. 6. h. t. Dn. ESTOR ad §. 199. HEINECC. h. t. Confer. Exemplum Puchpergii coram Commissione Caesar. 1512. filium suum emancipantis apud HVND. Bayer, Stammbuch P. II. p. 258. & formulas emancipandi Seculo XV. in Germania consuetas, apud Henricum GESLERVM in Formula und Teutisch Rhetorica fol. 73. ubi simul disces, Germanos etiam privatum emancipasse, multave alia, a Romanis moribus abeuntia. Quod ut magis in luce ponatur, adiecimus ipsas Emancipationum tabulas, sub N. I. & II.

N. I. II.

## §. LV.

Patria mea *inclusa Colonia*, in omnibus hisce quae hactenus adduxi Juris capitibus, Germanica placita servat, ut patria potestas non ita sit adstricta, ut legitimatio etiam spuriorum procedat, ut quasi Emancipationibus Germanorum locus sit, & alia.

Docent id partim statuta antiquissima typis exscripta, partim consuetudines, usi fori vigentes. Quibus de aliquando amplius agam.

## A D I V N C T A.

a Dn. Praefide subministrata.

## Num. I.

## Emancipatio Extrajudicialis.

*Forma so eyn Vatter seyn sun uss vatterlichem gewalt verlasse das  
er selbs walten mög.*

*Ich michel Loucher von fryburg thun kund menglichem mit dissem Brieff,  
das ich mit wolbedachten mut und zytigem rat uss rechten wissen wargenomen  
hab, das H. Loucher mein eelicher sun der von mir alles teyl so er von mir  
ze erben warten ist oder seyn möchte, vßgefürt und vßgedeilt hab, er zu  
man-*

manlichen geteten sich selb neigend vnd fleyssend wachsen, ist mir unmöglich mit wyter Zucht seyn ze erwarten, noth vmb seyn thun oder lassen verwalten vnd handeln jne zu eruogten. Harumb jn aller beste weyse mäjs vnd forme, damit ich fölichs rechtlißt vnd krefftigst zu recht thun kan sol und mag, so verlass ich jne von und vss mynem vetterlichem gewalt, also das er nach acht syner Jaren byn für sich selbs und seyn Gut verwalten veroogten jn recht meynt halb ungejrt sion mag thun vnd lassen was jnn bedünkt jn nutz und gut seyn. Ich entzibe auch mich gar und gentzlich aller rechten vnnd artickel der rechten, damit er meynthalb an seynen henden oder verwalten im rechten geijrt werden kond oder mächt, gar und gentzlich. Vnnd mit vrkund dijs offsen briefs mynen eygen jnsigel hieran hangend offen versiegelt. Geben.

## Num. II.

## Emancipatio Iudicialis.

Eyn gerichts form über die selb emancipation.

Ich Hans han schultbeys zu Fryburg tbun kundt menglichem mit diesem brieff, das vff bü seynen date ich zu gericht saß zu Freyburg in der richtloben vnd komen für mich vnd öffn gericht der ersam. N. Loucher an eynem vnd H. Laucher seyn sun anderm teyl, vnd offnet den benandt N. Loucher wie er H. seynen sun jetzgenant mit anteyl seyns erbs und guts sojm zu erben gebüren möcht gar und gentzlich vßgesfürt, und denfelben seyn teyle von Hand geben vnd jne darjnn gewaltlich gesetzt bette, auch dabey war genomen das der selb seyn sun zu mannlicheit vnnd selbs manheiten erwachsen, desß halb jm zu schwer were den fürer oder seyn gut mit vetterlicher öberkeit zu veroogten. Harumb wohbedachtes mut und mit zytigem rate, auch in aller forme, weyse, mäjs, ordnung und geteten, so darzu von billicheit oder recht gehörn folten oder möhten, Gab der benantz N. Loucher seyn vetterlich macht vnd gewalt jn solchen Sachen vor mir vff mit mund vnd hane an den stab, daun auch H. Leucher seyn sun föliche macht vnd gewalt über sich nam und an sich zobe. Globten vnd ver sprachen auch beyd teyl jnn gericht vor mir bey jren güten trijwen, das alles war und stedt ziebalten, wieder all vßtzüg, jrrung, wiederrred und gewerde. Vnd wärd auch hieruff vff mein frag mit gemeyner vrtyel in gericht erkent das des gnug were, vnd fölichs jn wyse und mäjs wie vorgeksriben sit gut kraft macht vnd handfesty hatte, vnd haben solte. Des vorderten beyd teyl brieff, die jne mit Vrteyl eynheitlich erkant wurden zegeben, mit mynen des obgenannten schultbeys gerichts jnsigel hieran hangend versiegelt. Vnd waren biehey jn gericht, die Vrteyl harumb sprachen N. vnd N. all des gerichts vnnd burger zu Freyburg, dijs beschach vna wardt dieser Brief geben. &c.

67315

X2428117

VD 17





2

**CONGESTIO  
THESIVM IVRIDICARVM  
DE  
PATERIA POTESTATE**

QVAS  
*SVB PRAESIDIO  
VIRI ILLVSTRIS  
PATRONI AC PRAECEPTORIS SVI  
SEMPER COLENDI*

**HENR. CHRIST. SENCKENBERG**

I. V. D. S. R. M. CONSIL. P. P. O.  
NEC NON ACAD. SYND.

D. XXVII. MART. A. MDCCXXXVIII. HORA I. P. M.  
PVBLICO  
GENEROSSIMORVM ET PRAENOBILISSIMORVM  
OPPONENTIVM  
EXAMINI SVBMITTIT  
COLLEGII DISPVLTATORII CONSORS  
**ABRAHAM MEINERZHAGEN**  
COLONIENSIS AD RHENVM.  
AVCTOR.

---

GOTTINGAE  
APVD A. VANDENHOECK, ACADEMIAE TYPOGRAPHVM.